

enim sapientia quasi sapida se-  
 tia. **Eccl. vi.** Sapia doctrine sibi no-  
 men eius. Iste indicat de saporibus  
 put sunt. scilicet carnalia esse amara et spi-  
 ritualia esse dulcia. In mutuo loque-  
 lam aperit. Docet enim deum laudare.  
**Eccl. liij.** Benedicentes dominum lauda-  
 te eum quantum potestis maior est enim  
 omni laude. Docet orare. **Eccl. xv**  
**ij.** Optet temporare et non deficere.  
 Docet etiam confiteri. **1. Cor. p.** Con-  
 fitemini alterutrum peccata vestra. Do-  
 cet primos errantes corripere et edi-  
 ficare. de solatis consolationem im-  
 pendere. infirmos suscipere. patien-  
 tiam omnibus exhibere. **Vn** pau-  
 lus dicit. Rogamus vos fratres.  
 corripite inquietos. solo lamini  
 pusillanimes. suscipite infirmos  
 patientes estote ad omnes.

Sequitur sermo tertius eiusdem.

**B**ene omnia fecit ad. Ante  
 aduentum filii dei in carne  
 homo deum factorem omnium  
 non credebat nec eius precepta au-  
 dire volebat nec peccata sua recog-  
 noscebat. Sed veniens christus de  
 hijs tribus hominem informavit.  
 Quia modo deum factorem omnium  
 credit: ideo dicit. Bene omnia fecit  
 Mudo precepta dei audit: ideo sequit  
 Surdus fecit audire. **Ad** precepta  
 sua recognoscat. ideo subdit. Et mu-  
 tos loqui. In verbis ergo premissis  
 ostendit quod homo tribus beneficijs  
 deo gratiari debet. Primum est quod de-

us propter hominem omnia fecit et crea-  
 vit quod notat cum dicitur. Bene  
 omnia fecit. Sunt enim tria opera  
 dei. scilicet opus creationis. opus redemp-  
 tionis. et opus glorificationis. Ista  
 tria opera beatus fecit. Nam opus crea-  
 tionis fecit potenter. opus redemp-  
 tionis sapienter. et opus glorifica-  
 tionis fecit misericorditer. Opus  
 quidem creationis fecit potenter: quia  
 sola voluntate et solo verbo cuncta  
 creavit. **Ps.** Omnia quecumque volu-  
 it dominus fecit in celo et in terra in  
 mari et in omnibus abyssis. **Et** Ipse  
 dixit et facta sunt. **Aug.** in libro  
 de civitate dei. Dicitur omnipotens  
 faciendo quod vult et patiendo quod  
 non vult. Quedam sunt que non potest  
 quod non vult licet sit omnipotens si-  
 cut amissam restituere virginitatem  
 etc. In hoc enim eius potentia appa-  
 ret quod creaturas tam magnas fecit  
**Amb.** Ve deus qui natura invisibili-  
 lis avisibilibus possit sciri opus fe-  
 cit quod visibilitate suam manifestam  
 retulit per certum incertum possit sciri  
 et ille deus omnium crederetur qui hoc  
 fecit quod ab omnibus fieri est impos-  
 sibile. Accedat quecumque vis. crea-  
 tura et faciat tale celum tale terram  
 et dicam ego quod deus est. Secundum  
 scilicet opus redemptionis fecit sapienter.  
**Job. xviij.** Prudentia eius per-  
 cussit superbum et dyabolum. **Et** enim  
 dyabolum sic piscis qui in mari huius  
 mundi omnes deuorabat erat sic auis  
 qui in altum per superbiam se exaltabat et  
 erat tanquam mus qui omnia merita sua